AVE MARIA.

CONCLUSIONES THEOLOGICÆ, ET REGULARES DEFENSANDÆ

IN REGIO HISPALENSI Cœnobio SS. Virginum et Martyrum

JUSTÆ, ET RUFINÆ, ORDINIS SANCTISSIMÆ Trinitatis

REDEMPTIONIS Captivorum. Die 29. Maij. Anni Domini 1714.

Hispali: Ex typograph. Francisci Garay, in vico de Vizcainos.

PALLADIA, SI GAUDENT SYLVA *Virg.1.Geor.*
vivacis olivæ, ſacratiorum Arvalium per-
auguſtum Collegium vivaciſſimum hic rha-
mum conſtitit illaturum. Libeat in limine,
vt (Alexandro evoluto) emblema pulchrius *Alex. ab Al.*
pandamus. *Notiſſimum Sacerdotum Romæ Col-* *dier. gen. lib.*
legium Fratrum Arvalium fuiſſe. Hyſtoricus *1. cap. 20.*
ille tradit. Notiſſimum, quia *á principio originum á Ro-*
mulo creditur *inſtitutum.* Aguſtiſſimum item, quod Ro-
mani lauri ſuccedentibus proſperis Cæſareis diploma-
tibus ſanctum vigebat. Huius ergo Collegij *Fratres*
Arvales conſtituit Sacerdotes, ſeque (id eſt Fundatorem) *etiam.*
Pulchra laus! Ex eiuſdem Religionis, Fraternitatis, cul-
tuſque Collegio illuſtris Romanus prodijt ille Fundator.
Myſterium iterum, laudemque miremur. *Sacerdotes* erant.
Lege dignitaté. *Fratres* erant. Siſtamus. Alexander præit:
Fratreſque ideo apellavit, quaſi mutua charitate, & fœdere nexi
forent, quod ſocij eſſent, & ferè pares ita vt nullo ſucceſſu vel caſſu
tanta ſocietas niſi vita finiretur. Hæc ille. *Arvales* tandem
nuncupati Collegæ; illi, ab infulis, vel incunabulis; hi
tamen á palæſtris, nam ſi *placent arva Minervæ*, appellare *Cic. lib. 1. de*
Collegas licet á theatris, Arvales. Quid ergo? Inter Ro- *orat. 12.*
manorum reipublicæ monumenta, cur tantopere á naſ-
centis Imperij limine Arvalium hoc mirum fixere Colle- *Ovid. lib. 3.*
gium? Paucis terminat: *Ne Religio in benè inſtituta Civitate* *Faſt. d. 166.*
deeſſet. Sat. Gymnaſium id eſt, cuius perexcelſum honorem *Horat lib. 1.*
hiantia ſibi reliqua cuperent vendicare. *Clamabunt credo* *carm. ode. 10*
(credam cum Cic.) *omnia gymnaſia, atque omnium Philoſo-* *num. 1.*
phorum Scholæ ſua hæc eſſe omnia propria. Minerva hæc eſt, *Ovid. ep. 15.*
cuius ſi laudes qui cenſunt fraudarent, vberior diſcipulo- *num. 30.*
rum turba deleret, vt cum Naſſone valeam recitare: *Claud 8.*

Nec vos turba feri cenſu fraudante Magiſtri *paneg. 87.*
Spernite, diſcipulos attrahit illa novos. *Stat. ex Pa-*

Palæſtra illa eſt ex Horatio *decora*, ex Ovidio *nitida*, *liqui-* *riſ.*
daque tandem ex Claudiano. Sacratiſſima Pallas nata to- *Tull. Cic.*
nantis Olympi eſt, cui manus laxandi habenas, plauſtrum- *in arat. 35.*
que minandi fulgentiſſimi Eccleſiæ Solis Aquinatis cre- *Lucret. lib. 6*
dita, ſicut ab Stario accipitur collata Bellonæ. Pallas (in *num. 151.*
quam) eſt *Doctiſſima* cum Tullio, *Alma* cum Lucretio, *Senec. in*
Armata que *Belligera* cum quondam Tragico concive meo; *Hercul. fu-*
vel tandem ſaltem: *reut. 11. n. 2.*

Palladiæ petitur cui fama coronæ. *Ovid. ep. 16.*

Ly- *n. 727.*

Idem lib. 1. de orat. 7. & 13. Pro Flac. 48.

Lycæum igitur Athænarum id eſt, pro quo Tull. eloquentiori exarabat calamo: *Quæ ſemper* (Athænæ nempe) *Eloquentiæ Princeps eſſe voluit, omnium diſciplinarum inventrix.* Et alibi: *Vnde humanitas, doctrina, & religio orta, atque in omnes terras diſtributæ putantur.* Ac tandem pro Magiſtris: *Horum ſemper fuit prudens, ſincerumque judicium.* Mœcenates inſuper ſacrioris Palæſtræ hi, quibus perbellé Plinius ſuum Mœcenatem aptavit: *Quin etiam tanto majori conſenſu in venerationem tui theatra ipſa conſurgent, quanto magis de te Scenæ ſilebunt.*

Plin. in Paneg. 89.

Sileant immeritò Scenæ. Semper ad honorem, nomenque tuum theatrum noſtrum ſtabit. Mœcenas es nobis Demoſthenis inſtar:

Iuben. Saty. 10. n. 13.

——Quem mirabantur Athænæ
Torrentem, & pleni moderantem frena theatri.

Cicer. Appio Pulchr. epiſt. 3. p. 10. n. 31.

Ampliſſimi Sacerdotij Collegium, in quo (dictante Tullio) *non ſolum amicitiam violari apud majores noſtros fas non erat, ſed nec cooptari quidem licebat qui cuiquam ex Collegio* (veſtro) *eſſet inimicus.* Meritò. Sanctum revereri fas erat, quod terque, quaterque beatum noſtrates innuunt proclamare, vt proprius, & ſi non fœlicius, quod alter ex vobis cecinit, caneremus:

Hiac. Menna Ord. Præd.

Fœlix Stelliferi Patris Senatus!
Fœlix ò nimiùm, & quater beata!
Fœlix Religio dicata tanto!
Fœlix Stelliferi Patris Senatus!

QUI TANDEM?

COLLEGIVM MAJVS

HISPALENSE D. THOMÆ AQUINATIS,

QVOD SACRA PRÆDICATORVM TVRBA FŒLICITER CAPIT, BEAT, ILLVSTRAT.

T I B I

Cic. de leg. 13.

Nomine huius Regij SS. Trinitatis Redemptorum Cœnobij libentiſſimé grates rependentes opuſculum referimus, ac (voce Tullij) *totum hunc tibi dicamus diem.*

OB-

OBSEQVIVM.

CRASSA (nilmirum) facraturus Minerva (RR. PP.) jam vt tempus *ludere , quæ vellem calamo permiſſit agreſti* , cartulæ huius exordium notare premit cauſam, tempus, repenſionem , & opus.

Virg. I. eclog. I.

Cauſa primum omnibus vnica notiſſima eſt, familiaritas, quæ ſemper nos beneficijs mutuò certare coëgit. Sufficit hæc Lepido, vt ſingula proprij officij munera Tullio familiari ſacraret. Verba teſtantur: *Omni tempore ſumma ſtudia officij mutuò inter nos certatim conſtiterunt pro noſtra familiaritate , & proinde diligentèr á nobis conſervata ſunt.* Vt ideò familiaritas noſtra a majoribus commendata ſervetur , quod á vobis ſemper vberiùs accipimus, condignum eſt , vt reſolvamus.

Lep. ad Cic. lib. 10. 34. n. 6.

Tempus gratitudinis huius tardum putaram ; notiſſima namque, quæ fiunt beneficia , theatro plenam parturiunt expectationem, qua ſi gratus non cruciatur animus, reditor, non gratus videbitur. Tullium ad Cornificium referamus : *Non ſolum te, cui noſtra omnia notiſſima ſunt , ſed neminem in populo orbitror eſſe, cui ſit ignota noſtra familiaritas ; etenim magno theatro ſpectata eſt.* Hoc Tullium , vt ab amici obſequijs animum non traheret, vrgebat. Hoc nos vt in veſtri non cunctemur gratitudinibus , torquet. Idcircò calamum (quam par eſt) cingere cogor , ita vt quod olim Cicero amico Attico, valeam vſurpare: *Breviter ad te ſcribam, jam enim charta ipſa ne nos prodat , pertimeſco. Itaque poſt bac, ſi erunt pluro ad te ſcribenda , obſcurabo.* Nil clarius mentem, animumque dedit; n lominus tamen cunctatio noſtra (amplius Cicerone conſulto) ex altera parte manet æquua; *Calamo & atramento temperoto* (ait Magiſt. ill- ad Q. Fratrem) *charta etiom dentata* (potius alijs *edentula*) *res agetur.* Id eſt, ſincerior, curatior, maturiorque charta decurret , ſi mora calamum , & atramentum temperet. Ita mens habet. Vtinam & ita mihi!

Cic. ad Cornif. lib. 12. p. 28. n. 1.

Cicer. Attico lib. 2. 35. n. 2.

Cic. ad Q. Fr. lib. 2. 16. 6.

Repenſio (omnium veſtrum ſpectatis favoribus) hæc erit, numquam ſolutio ; quia (cum Tragico meo Cordubenſi Vate) *impari calamo* obſequia certant. Zephyrus, qui & Favonius à favendo dictus primus calamos reſonare docuit, texte Lucretio. Congruum ſané fuit, favorem primò calamos ventilare, ſed proh dolor! Rudi etiam homi-

Senec. in Hypol. 3. 5.

Lucret. lib. 5 u. 258.

homines Zephyri melos imitari conantes, tentavere raucas inflare avenas. Pulchre Lucretius: *Et Zephyri caua per calamorum sibila primum. Agresteis docuere cavas inflare cicutas.* Ita res se habet. Suavissimé in vestris calamis resonavit Favonius. Quid mirum? Favor inflavit. In nostris crepitat. Raucisoni etenim sunt calami; verum, vt alter cecinit: *Si chartæ sileant, quod benefeceritis*, rudiores calamos nostros putabitis. Pejus igitur nobis est in repensione silere, quam cum clamore obsequij crepitare.

Horat. lib. 4. carm. od. 8. n. 5.

Horat. lib. 1. serm. satyt. 4. n. 8.

Plin. in præfation. natur. hyst. n. 3.

Opus tandem hoc (si ita saltem liceat appellare laborem) dignius puto vulgo vaccantibus, quam litteris. Illitum est, non scriptum; sed cum rudioribus mihi gestire, satis, quidquid his vocibus impingat Horatius: *Et quodcumque semel chartis illeverit, omnes: Gestiet á furno redeuntes scire.* Satis (cum Plinio) mihi hunc vobis dedicare libellum, ex animo bibliothecam dedicaturus. Satis tandem cum Tullio ad nostri ponderis quæstum sedandum, *Te* (Collegium invoco) *meam domum consecrasse, te monimentum fecisse, in meis ædibus te signum dedicasse.*

Tull. pro Domo suan. 41.

Ovid. epist. 1. n. 13.

Mart. ad Parth. lib. 5. epig. 6.

Tibull. lib. 1. elegant. 4. n. 17.

Flagito tamen VV. RR. PP. primò, vt quidquid obrépserit in cautum (multum erit) mihi, non alteri impingatis, quia tantum: *Trahitur huic digitis charta notata meis.* Insuper, vt inter levissima vestræ sacratissimæ aulæ munuscula (si forte aliud tam breve sit) locum hoc nostrum teneat. Quem sequamur in simili supplicatione Martialem nostrum habemus, ita scribentem suo Mœcenati Parthenio: *Vt admittas tumidam, brevemque chartam intra limina sanctioris aulæ.* Tandem vt parcatis exoro cum Tibullo: *Ne turpis fabula fiam, cum mea ridebunt vana magisteria.* Valete.

§. I.

§. I.

PRO INSTITVTIONE ORD. PRÆD.

QVÆ EST ISTA RELIGIO?

Exod. 12. 27.

Religio Prædicatorum, an sub Innocentio III. initium habuerit? (*)

Eius Religionis institutio, an Ecclesiæ convenientissima fuerit? (*) *S. Thom. 2. 2. quæst. 188. á 4.*

Liceat nè summa eius Ecclesiæ vtilitas aliquo suggestu divino comprobari? (*) *Iuxta D. Thom. 2. 2. q. 95. à 6.*

Innocentius III. an licité somno aliquo nissus ad institutionem Ord. Præd.? (*) *Ex D. Thom. Ibid.*

Germana quæstio est: an somnus Pontificis de lapsu Laterani divina revelatio fuerit? (*) *Iuxta D. Th. ib. & in 4. d. 9. á 4. ad 2.*

Iste somnus, sev ista revelatio an fuerit immediaté á Deo? ☞ J. *D. Thom. 2. 2. q. 95. á 6.*

Opere, & ministerio Angeli, an immediaté suggesta fuerit prædicta revelatio? (*) *D. Thom. ibid.*

Mirabilis revelatio hæc, an tenenda sit fide Divina? ☞ J. *D. Th. 2. 2. quæst. 5. á 3.*

Utrum fide humana potiori tenenda sit? (*) I. *D. Thom. ibid.*

Num eadem fide humana credendum, Ecclesiam Dei penes prorsus collabi, si Ord. Præd. institutus non esset. (*) J. *D. Th. ib.*

Dubitatur meritò: an supposito Pontificem non potuisse errare in confirmatione Apostolica Ord. Præd. fide Theologica hoc idem tenendum sit? (*) J. *D. Th. 2. 2. q. 2. á 10.*

An prædicta Religio potuerit ab aliquo Concilio eadem auctoritate Apostolica approbari? (*) J. *D. Thom. ibid.*

Etiam de Concilio (Sede Romana vacante) an hoc idem tenendum? ☞ J. *D. Thom. ibid.*

Tempore sui Pontificatus, an Innocent. III. confirmationem huius Religionis promisserit, intenderit, & efficaciter voluerit? (*)

Innocentius III. & Honorius III. (sub quibus Religio Præd. prodijt) an de fide tenendum esse veros Pontifices? (*) J. *D. Thom. ibid.*

Maxim. Pontif. Honorius III. an auctoritate Apostolicâ Ord. Præd. cõfirmaverit XI. Kal. Jan. An. Dñi. M. CCXVI? (*)

Magnum huius Religionis opus an a Deo, vt Trino per se, & formaliter ad extra requisito productum fuerit? (*) *D. Thom. 1. p. quæst 45. á 6.*

An (hoc admisso) Mysterium Trinitatis sit demonstrabile á posteriori lumine naturali, seclussa, vel non revelatione. ☞ *D. Thom. 1. p. q. 32. á 1.*

Causa creata efficiens hunc ordinem an fuerit Pont. auctoritate humana? ☞ J. *D. Th. 2. 2. q. 2. á 10. & q. 188. á 1. 4.*

Utrum causa eius creata fuerit Pontif. auctoritate Divina? (*) J. *D. Thom. ibid.*

Liceat né aliqua ratione asserere, Pontificem fuisse causam principalem in confirmatione huius Religionis? ☞ J. *D. Th. ibid.*

An persona Pontificis prout persona, seu an eius personalitas aliquem influxum in hoc opus per se habuerit? ☞ *Ex D. Thom. 1. p. q. 29. á 2.*

Talis Religio an habeat pro objeto attributionis Deum prout est principium creaturarum? (*) *D. Thom. 2. 2. q. 81. á 3.*

An Præd. Religio in tribus votis obedientiæ, paupertatis, & castitatis necessariò consistat? (*) *D. Thom. 2. 2. q. 88. á 6.*

Hæc Religio an maneret essentialiter eadem aliquo ex his tribus votis per possibile, vel impossibile ablato? ☞ *D. Thom. ibid.*

Æquum disceptare etiam hic est: an Pontif. ex plena auctoritate possit votum continentiæ alicui professo huius Religionis dispensare? ☞ *D. Thom. 2. 2. q. 88. á 11.*

Cœterùm adhuc: an idem de votis obedientiæ, & paupertatis sentiendum? (*) *D. Thom. ibid. ad 4.*

Elegisse sibi Ordinem Præd. cautissimam, & securissimam formam proficiendi, an certum? (*) *D. Thom. 2. 2. q. 186. á 9.*

Sit nè tantum formaliter, & ratione nostra distinctus Ord. Præd. ab ipsa sanctitate? (*) *Ex D. Thom. 2. 2. q. 81. á 8.*

Tandem Religio Præd. quæ Filios suos ad Deum ordinat, an formaliter ad Deum, vt Trinum? (*) *Ex D. Th. 2. 2. q. 81. á 3.*

Iacob. 1. 27.

§. II.

PRO INSTITVTO

VT MITTERET EOS PRÆDICARE.

Marc. 3. 14.

Sacra Præd. Religio, an ex munere pro objecto habeat prædicare? (*) J. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 81. *á* 5.

An prædicationem habuerit ex voto? ☞ *Ex D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 188. *á* 4.

Prædicandi munus an habuerit ex instituto? (*) *D. Thom. ibid.*

Inquiritur meritò: an perfectius fuerit prædicandi munus ex voto, quam ex instituto? ☞ J. *D. Thom. ibid.*

Ex speciali munere prædicandi; an de suorum Prælatorum licentia valeant vbique prædicare, attenta tamen Bull. Ss. D. N. Clem. X. exped. ann. Domini 1670? (*) *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 187. *à* 1.

Num liceat PP. Præd. ex munere officij libros Gentilium permissos legere, & ordinare? (*) *D. Thom.* 2. 2. *q.* 188. *á* 5.

Tamen dubitatur: an liceat ipsis in sermonibus Sacræ Scripturæ immiscere scientiam, & eloquentiam sæcularem? (*) *D. Th. opusc.* 19. *cont. impug. Relig. cap.* 12. *per tot.*

Item: an etiam curandum sit non solum sapienter, sed etiam loquentér, ornaté, & per colores rethoricos prædicare? (*) *D. Thom. ibid.*

An tandem non solum liceat, quinimò in sermonibus vti debeant scientia, & eruditione sæculari, quæ ex D. Hier. ex sententijs, & doctrinis Gentilium Philosophorum est? (*) *D. Th. ib.*

Fuerit né ex eo licitum fabulas sermonibus intexere? ☞ *D. Thom. opusc.* 12.

Ordo Præd. an ratione instituti possit viuere de eleëmosynis, quasi eis debitis? (*) *D. Thom.* 2. 2. *q.* 187. *á* 4.

Religiones Prædic. & Sanctissimæ Trinitatis an principaliter diferant ex instituto? (*) *D. Thom.* 2. 2. *q.* 188. *á* 1. *in corp.*

Insuper: an Religio Præd. plus diferat Religione à SS. Trinitatis, quam á cæteris? (*) J. *D. Thom. ibid.*

Sitné potior Religio vitæ contemplativæ alijs, quæ vacant operibus vitæ activæ? (*) *D. Thom.* 2 *q.* 188. *á* 6.

Potior num etiam sit Religio vitæ simùl activæ, & contemplativæ ijs, quæ vacant tantùm operibus vitæ contemplativæ? (*) *D.Thom.ibid.corp.*

Religio Prædic. an esset imperfecta, si ratione instituti careret divitijs in communi? (*) *D.Thom.* 2.2.*q*.188.*a*.7.

Æcclesiæ ordinatione servata, an prædicare dignius ministerium sit, quam baptizare? (*) *D.Thom.*3.*p*.*q*.67.*a*.1.

De eo, qui in mortali prædicat, an mortale committat in prædicatione? (*) *D.Thom.in* 4.*d*.19.*q*.2.*a*.2.

Is, qui falsum dicit in prædicatione, an mortaliter peccet? (*) *D. Thom.in* 4.*d*.20.*a*.2.

Curæ missionum vacantes ex Ord. Præd. an licitè possint aliquid de bonis temporalibus secum portare, quin sit pro Collegio, vel pauperibus? ☞ *D.Thom.in* 1.*d*.13.10.*& lect*.5.*cap*.2.

An in spe temporalium, non tamen propter spem temporalium liceat eis prædicare? (*) *D.Thom. in* 4.*d*.25.*q*.3.*a*.2.

Tandem (*vt annuntiem omnes prædicationes tuas*) an prædicatio, quam ex missionibus exercent, hucusque vbique terrarum probatissima fuerit? (*)

Proc. I.10.

§. III.

PRO DOCTRINA.

IN THESAVRIS SAPIENTIÆ, & scientiæ religiositas. Eccli. 1.26.

Docére, an liceat Religiosis Ord. Præd. ratione status? (*) *D.Th. opusc.19.cap.2.*

Idipsum an debeant exercere ex instituto? (*) *D.Thom. 2.2. quæst.188.a.5.*

Similiter: an Religio Præd. ordinetur ad studium ex objecto formali talis Religionis? (*) *D.Thom.ibid.*

Conveniat nè Religiosis Ord. Præd. exercere cathedras sæcularium Magistrorum in academia publica? (*) *D.Thom.opusc. 19. cont. imp. Relig. cap. 3.per tot.*

Item: an sit simplicitér melius docere sacram doctrinam, quam impendere peculiaré curã salutis? (*) *D.Th.quodl.1.q.7.a.2.*

Possit nè Magist. esse formalitér sapiens à sapientia, quæ non sit participatio divinæ sapientiæ? ☞ *D.Th.2.2.q.23.a.2.*

Liceat nè asserere, sapientiã, qua Mag. formalitèr sapientes sunt, esse mutabilem ex parte objecti? ☞ *D.Th.de verit.q.11.1.*

Istius sapientiæ mutabilitas accidentalis an tantùm sit ex parte subjecti creati? (*) *D.Thom.ibid.*

Num sapientia, & scientia absoluté sint formaliter idem? ☞ *D. Thom. 1.2.q.57.a.2.*

An sapientia in quantum est de principijs realiter diferat á scientia? (*) *D.Thom 2.2.q.9.a.2.*

Tamen: an sapientia sit formaliter scientia in quantùm est de conclusionibus? (*) *D.Thom.ibid.*

Vtrùm sapientia sit multiplex? ☞ *D.Thom.1.2.q.57.a.2.*

An publicé docere, prout ad interiorem actum spectat sit absolute speculativum? (*) *D.Thom. 2.2. q.181.a.3*

Omnis Magist. Theol. legens publice doctrinam Sacram in peccato mortali, an mortaliter peccet? ☞ *D Thom. in 4. d.19.quæst.2.a.2.*

Magist. Theol. qui legit publicé doctrinam Sacram in peccato mortali occulto an læthale committat? ☞ *D.Thom. ibid.*

Num mortale possit committere, si sit in peccato mortali publico? (*) *D.Thom. ibid.*

Insuper an docere sine mortali proprio docentis spectet formaliter ad actum charitatis? (*) *D.Thom. in 4. d.49.q.5.a.4.*

Bené jam dubitare licet : an inter omnes facultates, quas PP. Præd. ratione instituti profitentur, Sacra Theol. propriùs ad eorum institutum attineat ? (*) *D. Thom. opusc. 19. cap. 3.*

Utrum doctrina D. Th. (quam primò PP. Domin. prosequuntur) sit *bona* ex ore Christi, vt habetur in Bull. canoniz. D. Th. (*)

Sitné etiam doctrina D. Th. *divinitús tradita , & specialiter infussa á Deo*, vt habetur ex Ioan. XXII. ? (*)

Perspicua an sit ? Ex Clem. VIII. (*)

Rursus : an sit *mira, & sine vllo prorsus errore?* Ex eodem. (*)

Omni perfectione sensuum an sit *integra?* Ex Jul. III. (*)

Vtrum sit *pia, & sancta* ? Ex Clem. VI. (*)

Illustris, an sit Ecclesiæ? Ex Vrb. V. (*)

Num sit *clarissima* ? Ex Clem. VI. (*)

Concedere an liceat in aliquo sensu quod D. Thom. *plusquam Salomon* fuit ? Ex Innoc. VI. (*)

Insuper: an doctrina D. Th. sit *miraculossa*? Ex Joann. XXII. (*)

Item: an *splendidissima* sit? Ex Paul. V. (*)

Scientissima num etiam sit? Ex Vrban. V. (*)

Propria Divinæ veritati an sit? Ex Innoc. V. (*)

Rursus: an fatéda sit *fructuosissima, & famossa*? Ex Joan. XXII. (*)

Æterna puritate clara, ac semper *illibata* an proclametur á Conc. Tridentin. ? (*)

Doctrina D. Thom. an *lucidissima* electa, & proclamata ad academia Paris. (*)

Insuper : an sit ex omni parte *sublimis , & subtilis* ? Vt habetur ex D. Antonino. (*)

Completissima, an sit vt fatetur. Genadius? (*)

An sit *veritate plena*, quinimò *& spiritu veritatis scripta* ; vt defenditur ab Ægid. Col. (*)

Tandem an sit *simul copiossa, brevis, facilis, & secura* , vt extollitur á Sixto Senens. (*)

Vtrum (hoc omni prætermisso) auctorit. D. Thom. in re Theol. præferenda sit auctor. Sacr. Script. ☞ J. *D. Th. 1. p. q* 1. *a.* 8.

Requiritur vltimo : an auctoritas D. Th. in re Philosophiæ plus valeat auctoritatibus Philosophorum, quos sequitur. ☞ J. *D. Thom. in 2. d. 14. a. 2.*

Judith. 11.6.

§. IV.

PRO MVNERE.

HOC EST VERBVM FIDEI, QVOD prædicamus. Paul. ad Rom. 10. 8.

Quæritur primò: vtrùm munus Inquisitorum Fidei spectaverit ad Ord. Præd. ex Apost. auctoritate? (*)

Vtrùm munus hoc collatum fuerit prædictæ Religioni á Ss. D. N. Innoc. IV. per Bull. exped. ann. Dñi. M.CC.XLIII? (*)

Idem munus an Pont. contulerit Mag. Gener. Ord. Prædic. & successoribus? (*)

Facultas hæc an ex Apost. auctoritate etiam Magist. Provinc. concessa? (*).

Instituere vbique Inquisitores, an Magist. Gener. & Provinc. ex eadem auctoritate Apost. collatum? (*)

Deponere Inquisitores quabis auctoritate, etiam ab ipso Pontif. institutos (si opus sit) an eijsdem PP. commissum? (*)

Eadem auctor. Ap. PP. Præd. an adhuc in integrum maneat? ☞

Munus hoc, & auctoritas, an in Relig. Præd. exactissimè viguerit ad annum 1542? (*)

Tale Inquisitorum Officium num á S. Petro Mart. ipsis PP. primitùs deribatum? ☞

Habeatur nè certissimum a S. P. Dominico promanatum? (*)

Etiam num S. P. Dominicus fuerit re, & nomine Apostolicus Inquisitor? (*)

Summ. Pont. Inn. III. an nomine, & potestate Inquisitoris S. P. Dominicum sua auctoritate Apost. delegarit? (*)

An eamdem auctoritatem, & nomen ejdem S. P. Honor. III. contulerit? (*)

Vtrùm hos Pontif. S. P. Dominicum Inquisitorem instituisse, certum sit ex aliqua constitutione Apost. Sixti V. exped. ann. Dñi. M.D.LXXXVI?

Religio militaris S. Inquisitionis, prout nunc in Hispanijs præest, an primitus instituta á S. P. Dominico cum eodem habitu, & stemmate? (*)

In Hispania Primus Gener. Inquisitor an fuerit S. P. Dominicus ab Honor. III. delegatus? (*)

Zelum, opus, munus, & nomen Inquisitoris Gener. in Hisp. an prosecutus fuerit S. Raymundus Ord. Præd? (*)

An aliquod decretum Suppremę Inquisitionis Senatus exped. ann. Dñi. M. D. CIII. ordinaverit Congregationes publicas, solemnes Sanctæ Inquisitionis dumtaxat fieri. in Ecclesijs PP. Præd? (*)

Vnicus, qui olim præfuit in vniversali Eccles. Suppremus Inquis. á Paul. IV. creatus, & alter vnicus Defensor Fidei ita vocatus, & institutus ab Eugen. IV. an vterque fuerit Cardin. ex Ord. Præd? (*)

Ex Inquisitoribus Apostolicis Ord. Præd. an XVIII. numerentur Martyres, & IV. vereantur canonizati? (*)

Religio Præd. an ex filijs ediderit X. Inquisitores Gener. in tota republica Christiana, ipsosque S.R.E. Cardin? (*)

Vtrùm Comissarij Gener. S.R. Inquisit. fuerint XXII. ex Ord. Præd. assumpti? ad quos Sylvester a Prierio (á quo summa Sylvestrina) Inquisitor Judex institutus á Leone X. contra Lutherum digne valet adscribi. (*)

Num inter XVI. Inquisitores Gener. Hispaniæ Ord. Præd. refulserit Illust. D. D. Fr. Didacus Deza Arch. Hispal? (*)

Tandem Inquisitorum Generalium tum Regnorum, tum Provinciarum adeò ingens copia exuberat, vt nobis potius sit prolixitati deficere, quam taxationi mentiri. Sane si supra sexcentos, quinquaginta numeremus, numerum adhuc desiderabimus.

ZAVERUNT. *Esdr.* 4 c.6.6.

§. V.

PRO DIGNITATE.

ET IMPONES EIS MITRAS.

☞ ☞ Exod. 29. 9.

Ex Religione Præd. an liceat Sacerdotes ad altiores Ecclesiæ dignitates assumere? (*) *Ex D. Th.* 2. 2. *q.* 185. *a.* 8.

Romani Pont. ex Ord. Præd. assumpti an fuerint hi tres Innoc. V. Benedict. IX. & S. Pius V? (*)

Utrùm etiam alterum fuisse in eamdem supperam dignitatem electum, è vitaquè ante Sedem decessum, oppinabile sit? (*).

Num hi Ss. Pontif. manserint in pontificatu absoluté Religiosi Ord. Præd? (*) J. *D. Thom.*

Tamén: an votum obedientiæ in illis cum supprema dignitate essentialiter manserit? (*) J. *D. Thom. ibid.*

Quæritur modò: an respectu Concilij ex Apost. auctorit. congregati debuerint hi Pontif. aliquam pati subactionem? ☞ *D. Thom.* 2. 2. *q.* 2. *art.* 10.

Utrùm S. R. E. Cardinales ex Ord. Præd. evecti, fuerint citra XLIV? ☞

Etiam Patriarchæ ex Ord. Præd. an fuerint XXVIII? (*)

Multi Archiep. vltra CCC ex Ord. Præd. an valeãt numerari? (*)

In Episcopale munus adsciti tot prodeunt, vt mihi sit quæstionem de illis facere longissimam pacem texere.

Hactenús Eccles. Patriarch. Archiep. & Episc. vltra DCCXC. in toto orbe Christiano religiosissimé rexére.

In quibus perpaucæ sunt, quarum sedes sæpius non repetierint.

Similiter vix vlla in orbe sita fuit Episcopalis Sedes, in qua meritissimé non præfuerint.

An ex his facile restet Sacratorum Præsulum huius Ord. numerum compilare, legentibus pansum est.

Conciliorũ Gener. etiam quinque Præsides fuere ex Ord. Præd.

Etiã Conciliorũ Gener. Legati duo alij ex Ord. Præd. leguntur.

Romæ in Concil. Max. Lateran. S. P. Dominic. extitit orator.

De Præd. Ord. fuere VIII. PP. in Cõcil. I. Lugdun. sub Inn. IV.

Ord. huius etiam extitere PP. XXXIII. in Concilio II. Lugd. sub Greg. X. à quo & Doct. Angelicus convocatus.

Tempore Clement. V. in Concilio Viennens. XIII. ad fuere PP. ex Ord. Præd.

Etiam in Concilio Pissan. IX. PP. Ord. Præd. adstiterunt.

Scismate in Eccles. non fracto actum fuit Concil. celebre Constantien. quo inter fuere XXVIII. PP. ex Ord. Præd.

Rursus sub Martino V. ex eodem Concil. in Papiens. plurimi PP. ex Ord. Præd. iteravére.

Etiam in Concil. Basileens. sub eodem Martino V. accesserunt XII. PP. Præd.

Leguntur etiam duo PP. Ord. Præd. (cæteris oblivione suppressis) in Concil. Ferrariens. sub Eugen. IV.

In Conc. Florent. sub eodem Eug. n. alij duo PP. adscribuntur.

Gravissimi etiam VII. PP. Præd. in Concil. vltimo Lateran. sub Julio II. & Leone X. astitére.

In Tridentin. tandem LVII. præclarissimi PP. ex Ord. Præd. interfuere.

Optimam Vicecancellarij Eccles. dignitatem duo, & Camerarij alter, summi Pœnitentiarij VI. minoris Pœnitentiarij in Rom. curia C. alij ex Ord. Præd. præf. ctu: â obtinuerunt.

Zacti sunt alij III. dignitatem Vicarij Pont. Max. & in Vrbe eãdem dignitatem III. alij, Gubernatoris munus in vrbe alter, magni Prioris alter, & Vicesgerẽtis sum. Pont. in vrb. alter.

Etiam Legati de latere XXIII. Nuntij. Apost. XLI. Comisarij Ap. X. Collectores Gener. IV. Auditores S. Rotæ II. Capellani Pont. VIII. Bibliothecarij II. Secretarij S. Congreg. XI. Examinat. S. R. E. de promobendis VIII. Custos S. Conclavis vnicus, sed tandem Sacra Conclav. apud Præd. Cœnobia VII. leguntur.

Primus Sac. Palatij Mag. S. P. Dominicus, à quo dignitas hæc tantùm Ord. Præd. velut hæreditario Jure defluxit, vt patet ex LXX. MM. serie.

Ex Apost. concessione Mag. Sac. Palatij ex hoc munere sedet in Capella Pont. immediate post Decanum S. Rotæ, Oratores Pontificis in eadem capella designat, alterum sui Ord. Mag. (si ipse absit) cum ijsdem honoribus valet substituere, ac tandem Doctores in Sacr. Theol. creandi habet facultatem.

Romani Imperij etiam Viccarius fuit B. Bartholom. de Bragantijs Ord. Præd.

Proreges IV. Illust. Viri ex Ord. Præd. inveniuntur.

Etiam magni Cancellarij Regnorum quinque reperiuntur.

Tandem Oratores Principum ad Principes XXXII. ex Præd. Ord. referuntur.

Uerùm si ad Sanctos, Religiosissimos, ac Doctissimos huius Religionis viros calamum admoverem, & si nomina supprimerem, numeris etiam hæc cartula deesset.

Ad nostræ gratitudinis quæstum hæc paucula decerpere libuit, quod feré omne, sicut à N. Magist. Arcos accepimus, iterum avidiùs rependimus.

Exod. *ibid.*

Quæstiones, quæ hoc signo ☞ notantur, negativè; quæ vero hoc (*) affirmativè defenduntur.